# ANDOCIDIS



## DE CODICIBUS

## QUI IN BIBLIOTHECA AMBROSIANA EXSTANT

SCRIPSIT

ADOLPHUS CINQUINI

IN MEDIOL. SCIENTIAR. ET HUMAN. LITTER. ACADEMIA

DISCIPULUS

MEDIOLANI

EX OFFICINA ALOYSII PIROLAE

AN. M. DCCC. LXXXVI.

# ANDOCIDIS

## DE CODICIBUS

## QUI IN BIBLIOTHECA AMBROSIANA EXSTANT

SCRIPSIT

ADOLPHUS CINQUINI

IN MEDIOL. SCIENTIAR. ET HUMAN. LITTER. ACADEMIA

DISCIPULUS

MEDIOLANI

EX OFFICINA ALOYSII PIROLAE

AN. M. DCCC. LXXXVI.

## DE CODICE *Q ANDOCIDEO.*

Ambrosianum optimum Andocideum librum fundamentumque recensionis esse III et IV orationum, quae eo continentur, ex quo A. Maius (1) duas orationes Isaei edidit, omnibus qui hac de re iudicant, persuasum est. Neque igitur mirum est, quod voces postulantium in Germania audiuntur, ut in Bekkeri (2) et Turr (3) editorum collationem succedat denique altera eaque accuratior. Aliquot quidem lectiones Ms. Q nuper legebantur collectae a Buermanno (4) (*Rh. Mus.* 85) notaque est Buermanni diligentissima collati Isaeo adhibita: sed cum nova totius Ambrosiani collatio nequaquam data esset, mecum decrevi collationem a me factam hic cum iis communicare, qui rebus philologis graecis in ephemeride Mediolanensi student (5). Usus autem sum in libro conferendo editione Friderici Blassii (6), enotavique vel levissima.

---

(1) Orat. Cleonymeam Isaei Edid. A. Mai 1815, quam repetivit in vol. 4 corporis classicorum auctorum. Romae 1831.

(2) Ex rec. Imm. Bekkeri Oratores Attici, vol. III, 1823-4.

(3) Oratores Attici recensuerunt Io. G. Baiterus et H. Sauppius. Turici 1839-1843.

(4) Buermann in diariis quae inscripta sunt *Hermes* XVII, p. 391, XIX, p. 325; *Rh. Mus. für philol.* 1885.

(5) In diario quod inscriptum est: *Giornale italiano di filologia e linguistica classica* diretto dai dottori L. Ceci e G. Cortese, 1886, fasc. IV.

(6) Frid. Blass. Andocidis Orationes, 2.ª edit. Lipsiae. Teubn. 1880.

Orat. III. Titulus quem Q praebet:

Ἀνδοκίδου περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης.

Deest ὑπόθεσις.

1. post ἀφ' ὧν add. ἄν.
2. ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθ. — ἐφοβώμεθα. — πολλάκις πρότερον. — ἐποιήσατε.
3. παγασάς. — πέμψωμεν. — προκηρ. τῶν σπονδῶν.
4. πέντε. — ἓν δὴ τοῦτο πρῶτων, ὦ Ἀθ. — ὅσα διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἡμῖν ἐγὼ φράσω.
5. τότε deest post πειραιᾶ. — καὶ τοὺς βαρβάρους. — καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης. — τῷ δήμῳ τῶν Ἀθ.
6. ἐποιήσαντο.
7. αὕτη γὰρ εἰρήνη. — τὸν δῆμον τῶν Ἀθ. — ἦρεν. — τάλαντα ἀνηνέγκαμεν εἰς τ. α. — κατεκλείσαμεν. — ἑτέρους τοσούτους. — ταῦτα ἐκ ταύτης τῆς εἰρ. — τῷ δήμῳ τῶν Ἀθ.
8. πάλιν διά. — εἰς τ. ἀκρ. π. νομίσματος.
9. τε τρακοσίας. — [post Ἀργείων est signum, quod spectat ad marg. ubi γνωμικον προιμιον scriptum est.]
10. ἄλλοτί, ἤ τοῦτο. — ὁδ. ὁ τῶν Ἀθ. — ἐξέλεγχει.
11. [in marg. διαφέρουσι σπονδαὶ εἰρήνης.] τείχη sine τά.
12. ἔχειν τοὺς ἔχοντας. — ἐκεῖνος. — τὸν πόλεμον δήπου.
13. ὦ ἄνδρες Ἀθ. — ἀδικουμένοις. — ἀφήσειν.
14 post ἀλλ' ὅπως deest ἡμῖν.
15. ἐγκλήματα. — δοκοῦμεν. — παρεσκευάσθαι.
16. ὑπῆρχε μεν.
17. οὖν πόλεων.
18. ἀφίασι, in mg. add. ἀφίασιν.
19. πάσης Ἑλλάδος. — τό τε μεν. — δὲ βοιωτοῖς. — καὶ ὅτε. — ἐπιδειξάμενοι τοῖς Ἕλλησι. — εἰσὶν deest ante ἕτομοι.
20. τὸν πόλεμον, — καὶ μάτην. — τούτῳ τρόπῳ.
21. τὰ om. ante γάρ.
22. αὐτῶν. — ἀγαγόντες deest ante εἰς τὴν ποτὲ φιλίαν. — ἑαυτοῖς πολέμιον.
23. πρευσβ. in mg. add. πρεσβ. — αὐτὸν ὧν in mg. αὐτά.
24. post βουλεύεσθαι sequitur περὶ Κορίνθου καὶ περὶ ὧν ἂν ἡμᾶς Ἀργεῖοι. In mg. σημεῖον ἀφιέντος. — ἀξία ἡ Κόρινθος.

25. βουλευόμεθα. — πολεμεῖν ἐσμὲν Λακεδ.
26. ὄντων δὲ Λακεδ. — βοηθήσωμεν. — τοῦτον ἑλέσθαι. — ἀδικεῖν Ἀργείους καὶ ποιεῖν ὁποῖον. In mg. καὶ ποιεῖν ὁποῖον ἂν οὗτοι βούλονται δικαίως.
27. πολεμήσομεν. — ἐν, πολεμεῖν. — ποιουμένοις. — ταῦτα δ'οὐ δὲ πώποτ. — πατρίαν τε εἰρ. — ἐλπίζουσιν ἀποστὴσεσθαι. — κρατῶνται.
28. δέδοικα, ὦ Ἀθ. in mg. σημεῖον ἀφιέντος.
29. Τισάνδρου. — μετὰ deest ante ταῦτα. — ἀπεβαλλομμεθα. — οὐδὲν.
30. τῶν Ἐγεσταίων καὶ τῶν Καταναίων. — εἰ βουλόμεθα. — Verba ὅσῳ....· ποιεῖσθαι intercluduntur parenthesi, — πόλεμον ἀντὶ. — Supra Ἐγεσταίους et in mg. scriptum est, forsitan spectans ad parenth., εἰλομεθα: — μένοντας.
31. οἵ περ νῦν ἥκοντες πείθουσι. — εἰρήνης οὔσης ἡμῖν. — ὑπὲρ τῶν Ἀθ.
32. ἐστιν sine ἡμῖν. — πόλεμον ἕλεσθαι. — συμμαχίαν τὴν Ἀργ. — In mg. pertinens ad πείσῃ « τὸ ὑποτακτικὸν ἀντὶ προστακτικοῦ. »
33. ἐπιθυμίας sine τῆς. — τεταράκονθ' ἡμέρας. — διὰ ταύτην δῆμον τῶν Ἀθ.
34. ὅττι. — ἄγειν ταρὰ τοὺς κινδύνους. — πρεσβεύοντα κοινῆς: in mg. πρεσβεύοντας. — αὐτοκράτορες ἀποδώσομεν ἡμῖν. — περὶ τῶν αὐτῶν. — μὲν οὖν sine ἀσφαλῶς. — ὀμώσομεν.
35. λογίζεσθαι in mg. λογίζεσθε.
36. αἵτινες εἰ τείχη καὶ νῆες.
37. οὐκ ἐκτήμεθα.
38. τριήρεις μὲν. — ἐτειχίσαμεν. — ἐγένοντο.
39. τά τε ἄλλα πάντα. — τὰ μὲν καθελόντες, τὰ δὲ, παραλαβόντες.
40. ἔτι. — τοῦτο εἴ τιπρ.
41. βούλοισθε ἑλέσθαι.

Orat. IV. Interest spatium sine titulo:

υποθεσις═ —νδοκίδης, deest littera A, ut assolet, atrámento rubro. Ἀλκιδιάδην. — εἴρηκε μὲν. — ἠκριβωμένης.

1. deest νομίζω ante πρ.
2. ὧν τῶν ἀγαθῶ (?) εἷς ἐγὼ. — περιπίπτω.
3. ἀποκτεινεῖν. — οὔτε διαψ.
4. ὁ νόμος δοκεῖ.
5. ὅτι πολίτης ἐστίν. — ἔνθα δὲ. — ταύτην τὴν πόλιν. — καὶ μᾶλλον δικ. — ἀπὸ τούτου.

7. πάντως οὐδὲν γάρ. — ἐθελόντι.

8. καί ἀσωτίας (?). — εἰκότως sine ἄν. — τῶν κατηγ. περὶ αὐτων. — ῥᾴδιον ἦν. — οὔτ' εἰ ἀληθεῖς εἰσίν. — ἀποφεύγοντος.

9. ὡς δεινόν. — δὶς περὶ τῶν αὐτῶν. — deest ὑμᾶς post τὰ χρήματα.

10. δεήσει. — ἅμα δὲ καὶ πολλοῖς.

11. αὐτον supra correctum αὐτῶν. — πρόδους. — ἑκάστῳ τῶν συμμάχων. — μείζω κατ. — ἑκάστησ. διπλασιάσειεν.

12. Ἀριστείδην πολίτην ἀγαθόν. — τἀναντία ἐκείνω γιγν. — τοιγάρτοι πολλοὶ διὰ. — καταλιπόντες. — ἀπέρχονται. — οἰκήσοντες. — πρῶτον ὅταν. — χρόνου deest μόνον.

13. Ἀλκιβιάδη. — μάλλιστα. — εὑρῆσθαι. — θυγατρός αὐτοῦ γ.

14. παραλαβὼν. — ᾤχετο τὴν γυναῖκα.

15. Καλλίᾳ ἐπεβούλευσε. — τὸν οἶκον τοῦ Ἱπ. — οὐδ' ἔρημος οὐδ' εὐαδ.

16. ποιεῖται αὐτὸς ἄλλους. — δεῖ. — ὑφ' ἡμῶν. — ἀζιῶν ἔχει.

17. Ἀγάθαρχον συνεισελθ. — ἐπηνάγκασε. — συγγραφὰς παῤ ἑτέρων ἔχειν. — ὡς παρὰ βασιλέως. — οὔτε τ. ἐλ. ἦν ὄφ. — ἐδεδοίκει.

18. ὑμῖν οὐδὲ τοὺς κακούργους. — ὃν εἰς τὸ δεσμωτήριον. — τὸ χιλλίας. — ἀποτῖσαι. — συμβούλοις.

19. τῆς πόλεως ἀνήρηκεν. — τοῖς νόμοις τῆς πολ. — αὐτοῦ.

20. Ἀλκιβιάδου παισί. — ἐν τῇ πόλει παρόντων. — συμφιλονεικ.

22. ὥστε περὶ τε τῶν Μηλ. — παραναμομώτερος (?).

23. ἐκ ταύτης δὲ παιδ. — παρανόμως πεπραγ.

25. πρὸς τοῦτο. — νίκης τοῖς Ὀλυμ. — post αὐτὸν deest ἐπιτηδειότερον.

26. καὶ τὸν.

27. ταχ. ἂν ἐπέτρεφεν. — ἵπποις ἐτόλμησεν. — ὑμᾶς τοὺς μὲν ὀνομ. φρ. τοὺς γε πρ.

28. τοσούτῳ δὲ διαφέρει. — εἴρηκεν. — deest οὐκ ἐπιτρέψειν.

29. ἐπιδόξειε. — τῇ προτέρᾳ. — τὰ πινάκια. — τῆς οὐσίας. — χρησόμενος καί ἀποδ. — χερνίβοις. — μεῖζονα πάσης.

30. εἰς τὴν Ὀλυμπίαν ὡς διέθετο τούτου.

31. τ. συμμάχων χρήματα λαμ. — πολλὰ τῶν τούτων πεπραγμένων ἐκ.

32. τοῦτον. — τῶν ἡμετέρων. — πάντας τοὺς στεφανηφόρους ἀγῶνας. — ἐξωστρακίσατε πρὸς τοῦτον.

33. καί τοι μὴ μόνος. — ὑπολογίζοντο.

34. τοῦ δὲ τοῦ πράγματος. — Ἀλκιβιάδην. — Ἀλκιβιάδης sine δίς. — καὶ μηδὲν οὐδ' ἂν. — σωφρονέστεροι ἦσαν.

35. πρός τοὺς κρείττονας. — ἰδίαν. — ἐγὼ sine μὲν. — ἰδίαν τε. — εἰργασμένος.

36. διαπράξηται. — δικαίως καὶ νικήσας.
38. οὐκ' ἂν ἀσχέσθαι. — οὐ δίκαιον τὴν αὐτὴν γνώμην π. τ. ζῶν. κ. τ. τεθ. ἔχειν.
39. ἔστι μὲν 'Αλ. — μή τε αὐτῶν τ. ν. — πολλῶν γὰρ αὐτῶν.
40. νομιωτέρους.
41. καὶ εἰς Θετταλίαν, καὶ εἰς Θεσπρωτίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν. — τοὺς δὲ, ἀπὸ τῶν πρωτευόντων. — ἕκαστος sine τά.
42. pr. manus ἐν ἀνδρίᾳ: post non clare ἐνανδρίᾳ.

Hae sunt lectiones Andocidis orationum III et IV, quarum leviculas quasdam a forma alibi servata aberrationes ex Ambrosiano hanc ob causam exscripsi, ne dubitationi relinqueretur locus.

Hoc mea collatione effectum videtur, Ambrosianum esse codicem bonae notae: in quo verba oratoris a maculis illis, quibus librarii magistellive Byzantini errando, corrigendo, audacter interpolando veterum scripta adspergere solent, vacant, dum multo liberiora manserunt in codice A: attamen nova totius Crippsiani collatio (1), religiose ac diligenter excussa et via ac ratione digesta, docebit num recte Buermannus coniecerit, qui A² ex apographo gemello Ambrosiani fluxisse statuit.

Nam, quamvis diligenter Blassius cum Londinii esset, Crippsiani multa enotavisset, tamen aliquot locos reliquit, quibus quid liber optimus praebeat nos non docuit: inter quos paragraphus est III, 12, ubi A sec. Buerm. γάρ habet post ἐκεῖ μέν: Blassius ad illum locum nihil adnotat: deinde negligentissime sunt lectiones distinctae secundum varias manus: quod ad ipsa verba recognoscenda non tam faciet quam ad illustrandam viam, qua oratoris scripta nobis tradita sunt.

Itaque de codice Q, ex quo lectiones III et IV orationum exhibuimus, quamvis diligenter jam exposuerit Buerm., tamen ut denuo et nos dicamus, instituti nostri ratio postulare videtur.

Liber ille, saec. XIV, altus centimetra 22, latus centimetra 14, folia 1-102 chartacea, 102-119 ut etiam fol. 89 bombyc. quae bibliopega nostris temporibus haematite numeravit, fuit ex libris I. V. Pinelli, cuius maxima librorum supellex in bibliothecam Ambrosianam fuit perlata.

(1) Codex A sive Crippsianus, sive Burneianns 95. Membranae. s. XIII. Londonii in Museo Britannico.

Duos continet codices, vel codicum particulas, diversis scriptos manibus: ex his ultimum locum tenet codex Andocidis duas continens orationes. Haec autem est, quam liber nunc habet, codicum series:

I. fol. 1–22: selecta quaedam theologica ex patribus; fol. 1–22 *v* unius manus, cuius inscriptio ita legitur: θεοδώρου σοφιανοῦ; sequitur unum folium 22 *r* nova manu scriptum, quod graeca desinit in verba: πρῶτος βασιλεὺς ὁ βουλγαροκτόνος προστάσσει τὴν εἰκόνα τοῦ πατρὸς τῷ νομίσματι ἐγγράφεσθαι, deinde duo folia interciderunt.

II. fol. 23–73: orationes aliquot Aristidis, al. man. ubi desiderantur 3 folia.

III. fol. 74–88: pseudolysiae epitaphium 74 *r*–81 *r*, Gorgiae Helena 81 *r*–83 *r*, iterum Aristides 83 *v*–88. Unum denuo saltem post fol. 88 deperditum: a fol. 90, quod continet initium orationis andocideae περὶ εἰρήνης ad fol. 102 transeundum est.

IV. fol. 90–101: Polemon.

Reliquae particulae (fol. 89 + 182–119) quodam argumenti vinculo inter se junguntur, quod continent III et IV And. et I et II Isaei orationes, sed verba evanida vel corrosa sunt et inferiores partes temporis iniuria praecisae.

Foliorum ordo pristinus et genuinus, transpositionibus et lacunis nunc turbatus mutilusque indicatur adscriptis notis a bibliopega.

Secundum argumenta autem foliorum series haec est:

Fol. 89: And. περὶ εἰρήνης — § 12, 5 γέγραπται.

Fol. 102–108: π. εἰρήνης usque ad finem et κατ' Ἀλκιβιάδου — § 39, 4 ἀνηλέως.

Fol. 111–118: § 39, 4 usque ad finem; Isaei vita, or. I, or. II — § 24 ἧς οὐδέ.


Fol. 109–110: orat. II.

Fol. 119: manu scriptum, ei quae reliquum codicem orationum And. et Isaei exaravit, dissimillima, in media phrasi incipit verbis τὸ ξηρὸν μεταβάλλον εἰς τὸ ὑγρὸν ἤτοι ἐκ τοῦ ἐναντίου.

Cum hanc animadvertisset confusionem, haud immerito censuit Buermannus nostrum codicem fortasse esse praecisam partem manu scripti, ad

cuius alteram partem correctiones $A^2$ spectant. Liber igitur Ambrosianus fortasse cum Crippsiano familiam constituunt, cuius nullum aliud apographon superest: nam qui restant libri in duo dividuntur genera. Altero enim continentur Q et $A^2$, altero L M Z P, qui descripti sunt codices ex uno B Laurentiano: B autem ex A descriptum esse iam Iernstedt (1) suspicatus est, cuius sententiam scripturis aliquot utriusque collatis probandam esse Buermannus intellexit. Denique apparet, de omnibus scripturae varietatibus, quas A habet, non aliter iudicandum esse atque de varia lectione vel additamentis cuiusdam codicis, nunc amissi, quem α denotamus. Nam satis constat non tantum in margine codicum varias lectiones permultas additas esse, aliis temporibus ab aliis manibus aliis coloribus alias, modo addita nota γρ. modo non addita, sed etiam verba ipsa interdum correcta esse, partim ita ut quid prius scriptum fuerit, adhuc cognosci possit, partim erasis prioribus. Quare iure nobis coniicere, etiam Andocidis libros diversis temporibus a diversis librariis collatos esse ad huiusmodi exemplar, unde variae manus codicis A, earumque recentes A pr. $A^1$ $A^2$ denominationes.

His breviter expositis de librorum condicione, quae mihi nondum omnino inspecta constituta videtur, restat ut hanc codicum Androcidis cognationem, quae ab iudiciis doctorum hominum deduci potest, describam:




Haec sunt quae de codice Q dicenda videntur. Nec me fugit esse in hoc casu alia satis digna de quibus accuratius inquiratur, sed uberiorem disceptationem in aliud tempus differre omnium codicum accuratiore collatione maturius mihi visum est.

(1) Victor Iernstedt. Antiphontis orationes. Petropoli 1880.

## DE CODICE *P ANDOCIDEO.*

Accedunt lectiones codicis Ambros. P, cuius quoque nulla integra collatio exstat, quia Bekkerus, nisi in paucis paginis hic illic eum inspexit.

Orat. III. argumentum his verbis praebet:

ὑπόθεσις τοῦ ἑξῆς.

Sequitur titulus:

ὑπὲρ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων εἰρήνης.

1. Ἀθηναῖοι sine πάντες. — γινώσκειν. — συγχωροῦσιν. — ἐναντιοῦνται sine ἄν. — τοῦτο οὐ πάντες. — ἔστι δεινότατα.
2. πρότερον deest. — ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθ. — ἔργου καὶ δὶα τὴν. — ἐποιήσατε.
3. ὡστρίσμενον (?). — ἐδεξάμεθα. — ἐγένετο ἔτη πέντε.
4. ἓν δὲ τούτῳ. — ὁ δῆμος, ὁ τῶν Αθ. passim.
5. ἐν τῷ δὲ τῷ. — τεῖχος τὸ φορεῖον. — καὶ πρῶτον τε τρία. — καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης.
6. πρέσβεις περὶ. — ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδ.
7. ἐν τούτοις ἔτεσιν. — κατεκλεισαμεν. — ἐξαίρετα τῷ δήμῳ εἶναι. — καὶ ταῦτα ἐξαιρέτους. — νεωσίκους (?).
8. ἢ τετρακοσίας.
10. ἐξελέγχει. — χονιον.
12. μὲν οὖν αἱ σπονδαί· — οἰκοδομεῖν ναῦς ἐκεῖ μὲν δωδ. — σκίρον. — deest ἐξ ἀρχῆς. — καταλήψεσθαι, supra -δεχες-. — ταῦτα δίκαια ἐκεῖνος ὁμολογεῖ. — δήπου.
13. ἢ βοηθ. ἀδικημένοις. — ἠδικούμεθα βοηθοῖς. — ἀφήσειν. — πολεμήσομεν.
14. σκίρον.
15. τοῖς μὲν σώμασιν.
17. δ' αὔτως.

18. ταῦτ' ἀφίασιν. — ὑπολειπόντες. — δὲ βοιωτοῖς. — καὶ ὅτε τ. νίκην.
19. παρ' ὑμῶν εἰρήνης. — εἰ μὴ μίαν μόνην.
21. πῶς ἔξεσθαι. — Λακεδαιμονίοις ὄντες. — ἀνδραπ. καὶ δῃοῦν (?). — αὐτοὶ δ' οὐκ ἐπιχ. — ξυμμάχους.
22. post μετὰ deest δὲ. — εὑρομένοι αὐτῶν. — ἐποιήσαντο καὶ Κόνωνι.
23. εὑρομένοις. — βουλεύσασθαι. — καὶ περὶ ὧν. — ἂν.
24. μεθ' ὑμῶν.
25. βουλευόμεθα.
26. καὶ. — ὄντων. — οὖν ἡμῶν μὴ δὲ λόγος. — ἀδικεῖν 'Αργείους καὶ ποιεῖν ὁποῖον.
27. φησὶ. — ἐλπίζουσιν ἀποστήσεσθαι.
28. τὸ deest ante εἰθισμένον.
29. τισάνδρου. — deest μετὰ. — τοῦ Βασιλέως.
30. καὶ τῶν καταναίων. — ἡμεῖς εἱλόμεθα.
31. ἀρχὴν τῶν πολλῶν. — ὑπὲρ τῶν 'Αθ.
33. τεσσαράκοντα. — ἡμῖν. — περιέργως εἶναι διὰ ταύτην. — τῶν 'Αθ.
34. τράττοι. — λανθ. δὲ τούς. — δὲ πρεσβεύοντας. — αὐτοκράτορες τί ἀποδώσομεν. — ἡμῖν. — Βουλεύσασθαι μὲν ἀσφαλῶς.
35. δέοι, supra carrectum in δέη.
36. γενήσωνται.
37. οὐκ ἐκτώμεθα.
38. ἐτειχήσαμεν. — δοῦναι δίκην.
39. ἔλαβον ὑμῶν. — παρασκεύσαιμεν. — ἐνέχυρα ὗμῖν.
40. ἣν περὶ ἡμῶν ἐλάμ. B. — διδασκόντων ἡμᾶς. — δ' εἰς τίς. — ταυτ' ἔφ' ἡμῖν.
41. ποιήσεσθαι. — δι' ὑμᾶς. — δοκεῖ. — ταῦτα.

Orationi IV hic est titulus inscriptus:

κατὰ 'Αλκιβιάδου.

Sequitur:

ὑπόθεσις τοῦ ἑξῆς.

1. post κινδ. ἐθελ. deest τοῦ πλήθους.
2. ὧν τῶν ἀγαθῶν.
3. ἐκεῖ sine μέν. — οὔτε διαψηφυσαμένων κρύβδην τὸν ὀστρακισθέντα.
5. πονηρὸς deest. — τε deest. — ἀλλὰ μᾶλλον δικμιότερον. — ἡμῶν. — ἀπὸ τούτου.

6. ἐθέλοι. — ῥᾴδιον δὲ ἐντεῦθεν.
7. πάντως οὐδὲν γάρ. — ποιήσομεν.
8. στασιωτίας. — εἰκώτως ἂν τῶν κατηγο. — ῥᾴδιον ἦν. — ἀποφεύγοντος.
9. ὡς δεινῶν. — deest ὑμᾶς post χρήματα.
10. περὶ ἐμαυτοῦ διὰ τὸ πλῆθος. — δεήσει. — ἅμα δὲ καὶ πολλοῖς. — ἀπεχθόμην.
11. διπλάσιον αὐτῶν (corr. -ὸν) ἑκάστῳ τ. σ. — ἐπιδείξας δ' αὐτόν. — ἑκάστου διπλάσειεν.
12. τοῦτον νομίζειν κάκιστον προσήκει. — περὶ πόλεων. — τοιγάρτοι διὰ τὴν πατρίδα ταῦτα πολλοὶ τὴν αὐτῶν ἀπολ. — γίνονται. — ἔχθρα πρῶτον, ὅταν. — μόνον deest. — συμβουλει.
13. θαυμ. δὲ τὸν πεπεισμένον ἀλκ. δημοκρατείας. — ἣν μάλιστα. — εὑρῆσθαι. — οἳ οὐδ' ἀπό.
15. κατάσχη. — διατάττεσθαι. — ἐκεῖνος deest.
16. καὶ τοὺς = αὐτός. — δεῖ. — ὑφ' ἡμῶν.
17. ἤδη post πρατ. deest. — ἐπηνάγκασε. — ἐνεκάλει αὐτόν. — ἐδεδοίκει.
18. ἀποτῖσαι. — φοβερότερος. — οὐδ' εἰδίαν (?) οὔτε.
19. ἅπασι τοῖς ἔλλησι. — τὰ δίκαια φέροντα. — φανερός.
20. ταυρέαν, ὅν. — 'Αλκιβιάδου. — συμφιλονεικούντων. — πλεον.
21. ταυρ. τοσαῦτα μέν.
22. προτείνονται pro στρατεύονται. — παρανομώτατος.
23. ἐποίησεν.
24. ὑπεραυξομένους.
25. πρὸς τοῦτο. — ἀπολογήσασθαι. — ἀποδείξω.
26. οὐ deest.
27. ὅπου. — 'Αθηναίων. — βιάζηται.
28. εἴρηκεν. — ὑμᾶς δὲ μισεῖν.
29. Διομήδης. — ἐπιδόξειε. — τὰ πινάκια. — προτέρᾳ, οὐσίας. — χερνίβοις. — πομπίοις. — ὑμᾶς· ὅσοι. — μείζονα πάσης.
30. διέθετο τοῦτο. — οἶνον δὲ καὶ ἄλλα.
31. ἀρχων deest. σιτήσιον. — ἔλαβεν. καί. — πολλὰ τῶν τούτῳ.
32. ὑμεῖς δὲ νομίζεται. — σώματι νικήσαντι πάντας ἀγῶνας. — τοῦτον. — ως. — κόνωνα.
34. τοῦδε τοῦ πράγματος. — 'Αλκιβιάδης. — δίς deest.
35. ἐγὼ τοίνυν.
36. οὕτω χαλεπός ἐστιν. — αὐτῶν. — διαπράξηται. — μὲν deest ante ἐπιτήδειος. — φεύγειν, ὁ δέ. — ἀγωνιζόμενος δικαίως νικήσας πάλιν δόξαιμι.

37. αὐτὴν ἐχόντων αἰτίαν.
38. δεινὸν μέν τοι δοκεῖ. — ἀξιώσειε περὶ. — οὐκ ἀνασχ.
39. ἐκβαλεῖν. — τραυμάτων. — νεωτέρους πρὸς. — συμβέβηκεν. — ἐμὲ μέν τοι τοίνυν.
40. ἐξελάσαντες τοὺς ἀσελγοὺς νομιμωτέρους ποιήσετε. — πρωτευόντων.

Hic codex qui est chartaceus, exaratus circiter a. 1486 a Michaele Suliardo, altus centimetra 21, latus 16 centimetra, constat 20 quaternionibus.

Quidam librarius codicis folia distinxit numeris in sinistra marginis parte positis.

Folia igitur sunt 265.

Michael Suliardus calligraphus actuosus manu, elegantissima quidem sed difficili lectu, scripsit; nam verborum compendia frequentissima occurrunt; eius nomen inest indici calligraphorum quem Gardh. in Palaeogr. gr. composuit (1), fol. 216 *v* praebet subscriptionem, cuius verba haec sunt:

τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν, θεῷ χάρις· Μιχαὴλ Ἄργιος ἐν Φλωρεντίᾳ πόλει Ἰταλίας μετὰ πολλῶν ἄλλων καὶ ταύ των ἐξεγράψατο ἐπικλὴν τάχα (2) τε καὶ Σουλιάρδος· οὐ χάριν δώρων, ἀλλὰ ὑπὲρ πατρίδος.

In interiore tegumenti latere haec inscripta legimus manu quam ipsius Pinelli dicere ausim: « Ex libris T. V. Pinelli Harpocrationis lexicon decem oratorum. Orationes decem oratorum, quorum nomina habentur p.ª pagella statim post Harpocr.:

Andocidis, Isaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Gorgiae, Alcidamantis, Lesbonactis, Herodis, Lysiae, Antisthenis, Demadis, Aeschinis. »

Nostris diebus autem doctissimus ille vir Antonius Cerianius, quo humanissimo scientiae palaeographiae magistro utor, scripsit in sinistra tegumenti ipsius parte: « Codex scriptus a Michaele Suliardo, Florentiae ut ex subscript. p. 216. »

---

(1) Gardthausen. *Griechische Palaeographie.* Leipzig 1879. « Michael Suliardus aus Nauplia, auf Creta: viele codd. nach 1475: a. 1475. P. 2097 (auf Creta). P. 2490. 2818. 2975 in Florenz. a. 1486. P. 1412. 2411. 3048. a. 1496. Rg. 2727 in Methone; s. XV. Demetrius Phalereus. Matr. N. 80. »

(2) Liberalissime mecum communicavit A. Cerianius verbi τάχα interpretationem, quae inest Stephani Thesauro Graecae Linguae, vol. 7, pag. 1894: « τάχα, vox praemitti solita a Graeculis nomini dignitatis, in demissi animi ac humilitatis argumentum. »

Initium argumentumque uniuscuiusque orationis ornamentis rubri coloris praepositis et litera initiali rubra indicatum est.

Nomina propria nullo sunt signo notata: verbi elementa, si respicienda sunt, lineola supraponitur.

Secundum argumenta autem haec est foliorum series:

Fol. 1–49 *v:* Ἀρποκρατίωνος· περὶ τῶν λέξεων τῶν δέκα ῥητόρων. insequuntur duo folia quae scriptura vacant, quibus desinit primus quaternio: et insequentibus foliis numeratio ab initio instauratur.

In folio primo secundae codicis partis exstat index, exhibens orationum titulos et oratorum nomina, quae ultima tantum exscribam:

.:. τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ .:.

| | | |
|---|---|---|
| Ἀνδοκίδης | λογ. | δ' |
| Δείναρχος | » | γ' |
| Ἀντιφῶν | » | ιε' |
| Λυκοῦργος | » | α' |
| Γοργίας | » | β~ |
| Ἀλκιδάμας | | |
| Λεσβῶναξ | | |
| Ἡρώδης | | |
| Αἰσχίνης | » | γ'. |

Deest vero nomen Lysiae, cuius orationes codex noster complectitur. Ceterum series oratorum ita traditur:

Fol. 1–25 *v:* Ἀνδοκίδου λόγοι.
Fol. 26–65: [Β]ίος Ἰσαίου ῥήτορος καὶ λόγοι.
Fol. 66 *v*–81: Δεινάρχου λόγοι.
Fol. 81–106 *v:* Ἀντιφῶντος ῥήτορος βίος καὶ λόγοι.
Fol. 106 *v*–121: Λυκούργου λόγος κατὰ Λεωκ.
Fol. 122–125: τοῦ αὐτοῦ ὑπὲρ Παλαμήδου et supra αὐτοῦ atramento nigro et manu recentiore Γοργίου. Desideratur Antiphontis oratio, cui titulus: Ἑλένης ἐγκώμιον.
Fol. 125–128: Λεσβῶναξ πολιτικός· λόγος α'.
Fol. 131–136: scriptura vacant.
Fol. 137–207: Λυσίου ῥήτορος Λόγοι.

Fol. 207: scriptura vacant.
Fol. 208–211: Ἀλκιδάμαντος λόγος.
Fol. 211–213: Ἀλκιδάμαντος Ὀδυσσέως λόγος.
Fol. 213–215: Ἀντισθένους Αἴας.
Fol. 215–216 *v:* Δημάδου λόγος.
Fol. 217–265*:* Aeschinis orationes complectuntur: scriptura autem est adeo minuta et pressa, ut paulo dissimilior ei, quam praecedentia folia ostendunt, appareat. In summa pagina 217 exstat inscriptio: Αἰσχίνου ῥήτορος κατὰ Κτησιφῶντος cuius verba ornatusque atramento rubro valde evanido scripta sunt.

Aliquot parvas lectiones inveni, inter quas paragraphus est 260 *a* orat. III, ubi noster codex exhibet παραλειπομένων αὐτοὶ τὰ δίκαια ὑπὲρ τῆς πολ. ψηφ.: Fr. Frankius ad illum locum nihil adnotat. Praetera oratio κ. Τιμαρχ. in hoc comma, quod in omnibus recentibus orationibus desideratur, desinit: εἰ οὖν βουλήσεσθε, τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ὑμῶν ποιησάντων, φιλοτιμότερον ἡμεῖς ἕξομεν τοὺς παρανομοῦντας ἐξετάζειν. Quae verba vero monet scholiastes in antiquo exemplari non exstare; quare recte editores posse abesse judicaverunt. Proxime autem secundum And. Aeschini operam dabo, cuius lectiones, quas habet codex P, peculiaribus collationibus, suo tempore dandis, reservo.

Codex P, ut apparet, non ita a ceteris L et M differt, ut nova lemmata, seu exempla, subministret; quamvis quasdam notas praepostere collocatas in locum suum restituat, vel addita serioribus temporibus faece careat. At vero considerate judicantes quis sit librorum, ad constituendum auctorum contextum, usus, supervacaneum non existimabunt, cum universas lectiones duabus orationibus Andocidis proprias exscripserim. Praeterea aliquando in singulis vocabulis varietates non raro exhibentur, quibus mendorum origo haud dubie ostendatur; vel haud raro evenit ut sollemnis alicuius verbi error, locis depravatis et obscuris lucem afferat.

Quare totas illas orationes recensere, verborumque differentias quas notavi, me in medium dare non piguit. Alia ex oratoribus Atticis selecta in huius modi disputatiunculae fasciculo, mox in lucem prodituro, et qui aliquot praeterea emendationes coniecturasque Andocideas complectetur, proferam.

***Mediolani 1886.***